Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-230645-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-230645-p0002-1

9665
Tto: 443. XXXIII.
1731, 18.

# DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE
# ZITTAVIENSI COMMVNIONE BONORVM INTER CONIVGES,
EIVSQVE
# PRAECIPVIS EFFECTIBVS IN FORO,
QVAM
EX DECRETO ET AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI
PRO OBTINENDIS
SVPREMIS IN IVRE HONORIBVS
*D. XIII. SEPT. A. MDCCXXXI.*
PVBLICAE DISQVISITIONI
SVBMITTIT

IO. GEORGIVS KNOBLAVCH,
ZITT. LVS. IBIQVE IVR. PRACT.

---

LIPSIAE
LITERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-230645-p0003-7
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-230645-p0004-2

## DISSERTATIONIS INAVGVRALIS
## CAPVT I.
# DE MORALITATE, CONSTITVTIONE ET OBSERVANTIA COMMVNIONIS BONORVM INTER CONIVGES IN GENERE.

### §. I.

Eſt inter coniuges ſocietas *intima*, et ſi ad regulam contrahitur, *perpetua*, cuius finis verus et principalis mutuum adiutorium, tum in procreatione et educatione ſobolis, tum in cura corporis et rei familiaris.

*Finis Coniugii eſt mutuum adiutorium.*

### §. II.

Cum itaque Deum, quem matrimonii honeſti ſtatorem vere nominamus, in eius inſtitutione bonum hunc finem intendiſſe beneficio rectae rationis iudicamus, pariter ac ex SS. Literis ſcimus; finis iſte diuinus nobis eſt bonum coniugum *abſolutum*, media autem coniugum ad illum finem relata ſunt bonum ſaltem *relatiuum*, ad quod etiam communionem rerum inter coniuges refero.

*Medium, ad hunc finem relatum, eſt communio bonorum inter coniuges.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-230645-p0005-8

§. III.

*Quae in relatione ad bonum ſuum finem, iuſta, honeſta et decora.*

Exinde facile colligitur, quod haec communio dominii rerum inter coniuges, *politice* conſiderata, nihil aliud ſit, quam *medium ad curam maxime rei familiaris promouendam aptum*, et quia haec cura a Deo ſimul intenta, id quod ex officiis ſocialitatis patet, ſequitur, quod noſtra communio bonorum inter coniuges, in ſenſu relato, ſit iuſta, honeſta et decora.

§. IV.

*Imo vtilis etiam et iucunda.*

Quamuis etiam in bono relatiuo delectatio non ſemper habenda vel quaerenda, vtpote ſolum bonum hominis *abſolutum*, ſc. virtus, veritas et vita ſeu ſanitas, *per ſe* delectabile eſt: tamen communio bonorum inter coniuges, ſi recte conſeruatur, ſimul *vtile* et *iucundum* quid confert, quando aequalitas fortunae inter coniuges non ſolum maiorem mutui amoris et amicitiae perfectae, quae virtuoſis ſaltem coniugibus propria, gradum excitat, ſed expeditiorem quoque diligentiam ardoremque in negotiis rei familiaris expediendis ex *ſpe* communis *lucri*, conciliat, multaque litigia ex diſcrimine mei et tui, exoriri ſolita, propedit ocyusque dirimit ex *metu* communis *damni*.

§. V.

*Poteſt tamen fieri mala et damnoſa.*

Sicuti autem Bonum relatiuum poteſt quoque fieri malum, ſi non ad debitum finem adplicetur: ita etiam Communio bonorum inter coniuges, ethice conſiderata, *et bona et mala* praedicatur, prout refertur vel ad veram rei familiaris curam bonam, vel malam. Quaecunque enim mutuum adiutorium in cura rei familiaris inter coniuges promouet conſeruatque, omnino bona eſt; quae vero illud impedit aut negligit, non niſi mala audire poteſt. Vnde coniugibus, ſi *luxuriae* indul-

geant, talis bonorum communio magis noxia, quam vtilis.

§. VI.

Cum vero officium Iuris Naturalis erga ſodalem coniugalem, alteram partem *ratione dominii laedere* non permittat, et *affectus hominum plurimorum ad communionem bonorum inepti ſint;* ſuppoſito introducto dominio, (quo ita pertinet res ad aliquem, vt eodem modo non pertineat ad alium, indeque res propria propter iuris ſui effectos ſit,) Gentes et Ciuitates communionem bonorum inter coniuges pro re alias indifferenti habuerunt, neque enim illa medium *vnicum* eſt ad finem rei familiaris bene curandae obtinendum, mutuumque adiutorium promouendum. *Vnde in ſe res eſt indifferens.*

§. VII.

Vnde pro re nata Ciuitates communionem bonorum inter coniuges aliae lege publica introduxerunt, et in vim obligandi receperunt; aliae eam conſuetudine receptam propter concurſum plurium incommodorum litiumque praecauendarum cauſas, rurſus abrogarunt, aut effectus et modum limitarunt; aut plane libertati contrahentium ante initum matrimonium, vel etiam durante eo eam communionem bonorum vel inire, vel negligere et iure alias communi viuere permiſerunt. *Iure Ciuili vel expreſſe vel tacite adprobata, aut libertati coniugum relicta*

§. VIII.

Quod ſi igitur in genere *modos, quibus conſtituitur* communio bonorum inter coniuges, paulo curatius perpendamus: illa ad exiſtentiam ſuam ſupponit aut *legem* conſtitutiuam, aut *pactum* coniugum ſingulare: vnde rat. *cauſae efficientis* eſt vel legitima vel pactitia, rat. *effectus et valoris* autem Iuris vel praeceptiui, vel permiſſiui: vbicunque enim in moralibus diſpoſitioni homi- *Communio bonorum, certa Ciuitate ſuppoſita, itaque eſt vel iuris præcipitiui, vel permiſſiui, indeq; vel legitima vel pactitia*

hominis et ciuis locus eſt, ibi actus ex iure licito requiruntur.

§. IX.

*Legitima rurſus eſt vel in ſpecie ſic dicta, ſiue ſcripta, vel tantum conſuetudinis et obſeruantiae.*

LEGITIMA noſtra hoc ſenſu *a lege*, in ſpecie ſic dicta, dependet ſiue *ſcripta* ſiue *non ſcripta:* quia omnis legis promulgatio fit per ſcripturam vel citra eam, qualis apud Lacaedomios obtinuit. Hinc datur etiam communio bonorum de iure *conſuetudinis* et *obſeruantiae*, **nach wohlhergebrachter Gewohnheit und alten Herkommen.** *Vſus huius diſtinctionis* exſerit ſe in alleganda et probanda communione coniugali.

§. X.

*Vtraque rurſus intuitu obligationis et loci eſt vel vniuerſalis et communis: vel particularis et ſtatutaria.*

Sicuti vero Ius tum ſcriptum, tum non ſcriptum diuiditur in vniuerſale et particulare: ita quoque communio bonorum legitima vel generaliter in toto territorio ſuppoſito obtinet, vel ſaltem eius partem aut certa loca reſpicit, illisque *ius proprium* ſc. prouinciale aut ſtatutarium efficit. Vnde legitima eſt vel vniuerſalis et communis, vel particularis et ſtatutaria. Haec *differentia* varios *effectus* producit in foro ſcitu dignos.

§. XI.

*Quid de laudibus horum ſtatutorum tenendum: et an conſilii ſit, talia condere, vel ad poſteros transferre.*

Sunt qui horum ſtatutorum laudes nimium cumulant: (a) non tamen dubito fore pleroſque qui aliter ſentiant, et incommoda cum commodis aequa lance pendant. Sane ex meo, tenui licet, iudicio eiusmodi ſtatuta tam indiſtincte neque bona neque mala ſunt cenſenda, ſed pro ratione ſtatus cuiusque territorii vel loci, pro incolarum affectibus, moribus, negotiis etc. ex concurſu plurium cauſarum caeteris paribus iudicandum. An itaque conſilii, ſtatutum tale condere, vel ad poſteros transferre, is optime definiet, qui in practica probabilitate morali circa caſus praeteritos in poſterum prae-

praecauendos et futuros euentus praedicendos, h. e. in prudentia Legislatoria et Conſultatoria ſatis eſt verſatus. (b)

(a) Dn. CRVSIVS *ad Ius Stat. Mindenſ. L. I. t. 13. Dec. 3.* MEV. *ad Ius Lubec. L. I. a. 5. t. 5. n. 9. ſq.* add. GAIL. *l. II. Obſ. 90. n. 1.* MYNSING. *Cent. I. Obſ. 29.* COLER. *d. Proc. Execut. p. 1. c. 3. n. 36.* multique alii qui hanc materiam de communione bonorum inter Coniuges ſtatutaria illuſtrarunt.

(b) v. Dn. BOEHMER. *Diſſ. d. Prudentia Legislatoria Iuris Lubec. in Mater. d. Succeſſ. Teſtam. c. 1.*

## §. XII.

*Iure Romano nouiſſimo legitima eſt incognita.*

Sic fertur, olim apud Romanos, ex lege Romuli antiquiſſima, ſocietatem bonorum inter coniuges fuiſſe introductam: (a) quam inaequalis autem haec fuiſſet ſocietas, nemo inficias ibit, qui ius mariti in bonis vxoris et ius vxoris in bonis mariti ex Iure Rom. antiquiſſimo cognouit. Certum eſt, eam Iure Rom. Ciuili, in ſpecie ſic dicto, et in conſtitutionibus Principum haud eſſe fundatam, id quod ex diuerſitate bonorum coniugalium ſatis patet, licet veſtigia ex reliquiis quaedam praelucere videantur, quae tamen communionem *vſus* bonorum magis indicant. (c)

(a) v. DIONYS. HALICARN. *Hiſt. Rom. Lib. II.* add. BOëR. *ad Conſuet. Biturg. tit. d. Conſuet. Matrim. §. 3.*

(b) *L. IV. C. de crim. expil. hered. L. XVI. §. vlt. ff. d. alim. legat. L. XXXVIII. §. 4. ff. de legat. 3. ibique* GOTHOFR. *in Not. ad verb. Domina. L. XLI. pr. d. t. L. XIX. §. 1. ff. d. ann. legat. L. vlt. §. 1. ff. d. Aur. Arg. mund. legat.*

(c) Conf. BRVNNEM. *d. Iur. Eccl. L. II. c. 16. §. 1.*

## §. XIII.

*Nec in Iure Sax. fundata.*

Pariter apud Saxones lege aut conſuetudine neque introducta neque recepta fuit, id quod ex differentiis

Iuris Sax. et ſtatutorum vbi viget communio bonorum inter coniuges vnicuique obuium eſt.

§. XIV.

*Germania tamen olim et hodie huius iuris non ignara.*

Germanos tamen, praeſertim *qui ſub mare* ſedem fortunarum ſuarum collocauerant, aut eorum iuribus vtebantur, olim amauiſſe communem ſortem ſiue ſocietatem bonorum inter coniuges, *mercimoniis plurimum proficientem*, teſtantur inueteratae conſuetudines, obſeruantiamque huius iuris ad poſteros tranſtulit *Belgium* fere vniuerſum. (a) *Ducatus Wurtenberg.* (b) *Pruſſia* tam Regalis, quam Ducalis: (c) vtique et illa loca, vti viget *Ius Lubec.* (d)

(a) *Conſtit.* ANTWERP. *Lib. XLI. art. 67. et 68. Conſt.* BRVXELL. *art. 237. et art. 242. Conſt.* LOVAN. *Cap. 12. art. 3. et 7. Conſt.* MECHL. *tit. 16. a. 22. t. 9. a. 11.* ZYPAEVS *in Not. Iur. Belgic. tit. d. Iur. dot.*

(b) WVRTENBERG. Landr. *part. 4. tit. 4.* Von Bezahl. add. LAVTERBACH. *Diſſ. Tubing. 1) de ſocietate bonorum coniug. 1661. et 2) de aere alieno, in ſocietate coniugali contracto, ſoluendo 1669.* EICHEL. *Diſſ. d. Commun. bon. inter Coni. Helmſt. 1669.* MARQVARDS *Diſſ. d. Commun. bon. Coniugali.* MüLLER. *Diſſ. d. bon. conſt. matrim. quaeſit. c. 4.* NIC. HENNELII *Tr. d. Commun. Bon. inter Coniuges. Frf. 4. 1660.*

(c) IVS PRVT. *Lib. I. Tit. 25.* IVS CVLM. *Lib. I. t. 1. L. III. t. 10. c. 11. Conſtit.* GANDAV. *Rubr. 20. art. 30.* HARTKNOCH. *Diſſ. Pruſſ. XVII.*

(d) MEV. *ad Ius Lubec. L. I. Tit. V. a. 5.*

§. XV.

*De obſeruantia huius Iuris teſtatur Marchia, Sileſia et Luſatia in quibus-*

Inter ea loca, vbi IVS LVBEC. olim valuerit, refertur etiam *Marchia*, *Sileſia* et *Luſatia:* id quod reuocant ex viſceribus *Hiſtoriae*, quia primi incolae *Sueui*, et poſteri ſclauicae originis *Venedae*, hae autem ſclauicae gentes Iure Lubecenſi, iam ante *tempora Friderici Barbaroſſae,*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-230645-p0010-5

*baroſſae*, magnae autoritatis, (a) vſae fuerint, adeo vt *hodieque* iura quoad inueteras conſuetudines invicem videantur cohaerere, in quibus communio bonorum inter coniuges primum locum occupat, de cuius obſeruantia teſtatur Luſatia in quibusdam locis et inprimis noſtra Zittauia. (b) *dam locis, quibus Zittauia annumeranda.*

(a) vid. HELMONDVS *in Chronico ſuo. cap. 85.* ARNOLDVS *Lubec. cap. 35. Chron. Slau.* LEIBNITIVS *cap. 15. acceſſ. Chron. Holſat.*

(b) Tentamen de conuenientia ſtatutorum Zittau. cum Iure Lubec. 1723. conieci, alio tempore editurus caſibus forenſibus illuſtratum.

§. XVI.

*Scopus huius Diſſertationis.* Cum vero variant iura et ſtatuta locorum non ſolum circa modum communionem illam bonorum inter coniuges conſtituendi et collationem bonorum vel omnium vel ſingularium, ſed maxime quoque in effectibus iurium et obligationum tum extra forum, tum in foro; operae pretium eſſe duxi, ſi de eo, quod iuſtum eſt circa communionem bonorum coniugalem in foro Zittauienſi, coniecturare periculum facerem, quod Deus bene vertat!

## CAP. II.

## DE EXISTENTIA, INDOLE ET EFFECTV COMMVNIONIS BONORVM INTER CONIVGES APVD ZITTAVIENSES.

§. I.

*De Iure Communi Ciuili Zittauienſibus* COmmunionem bonorum coniugalem eſſe vel *legitimam* vel *pactitiam*, ex iis quae ſupra dicta ſunt, ſupponimus. Vt itaque de exiſtentia huius Iuris apud

*vſitato, et quid eius nomine intelligo.*

Zittauienſes paulo clarius et diſtinctius diſſeram, omnium primo videndum, an apud nos Iure *Communi Ciuili* obtineat, et quid nomine Iuris Communis intelligamus. Praeter ſtatuta *domeſtica* autem, quae ius proprium et ſpeciale operantur, nobis *in ordine* Ius commune eſt *1) Saxonicum*, deinde *2) Germanicum Vniuerſale*, demum *3) Iuſtinianeum* et *Canonicum*.

§. II.

*Vnde cognoſcendum ſit, an communio noſtra bonorum inter coniuges ſit Iuris communis vel ſtatutarii?*

Ex differentiis huius Iuris Communis et ſtatutarii de Communione bonorum inter coniuges deducendum, optimeque cognoſcendum, eam ex ſua natura et indole non eſſe Iuris Communis, ſed domeſtici. Quicquid enim in ciuitate obſeruatur pro norma agendi, iusque et obligationem, tanquam effectus legis, producit: illud ſupponit diſpoſitionem vel aſſiſtentiam Iuris aut communis aut proprii.

§. III.

*Datur communio pactitia inter Zittauienſes coniuges.*

Dari apud nos communionem bonorum inter coniuges pactitiam, Iure ſtatutario permiſſam et definitam, a priori poteſt probari ex codice ſtatutorum Zittau. ſcripto: (a) vocantur eiusmodi pacta **Aufgaben von Eheleuten**, et definiuntur: **wo Mann und Weib ihre Güter vor Richter und Schöppen einander haben aufgeben und verſchreiben laſſen.** Placuit verbis ſtatuti propriis nomen rei definire, quia ſignificatus verborum ex Iure Rom. non bene quadrat ad ſtatuta, quae iam ante receptionem Iuris Romani, moris fuerunt: ex quibus facile iudicandum: An Zittauienſis Auffgaba olim fuerit ſaltem Teſtamentum coniugum reciprocum, vel donatio mortis cauſa, ſc. ex ſenſu Romanorum?

(a) *Tit. 1.* Von Erbfällen §. 2. Wo aber beyde ꝛc.

§. IV.

Haec communio bonorum pactitia eſt vel *vniuerſalis*, ſeu omnium bonorum, vel *particularis*, ſeu non omnium bonorum, *illa* tamen ſaltem procedit in caſu, liberis non extantibus: his enim natis et extantibus inuicem ſibi poſſunt bona modo tradere *ſecundum quid:* Vnde *in caſu ſecundarum nuptiarum* reſtricta eſt immodica ita, vt in ſecundum coniugem plus per eam conferri nequeat quam certa pars expreſſe definita, (a) quod ſi tamen liberi in plus conſentiunt, nullum eſt dubium, quin valeat, (b) liberis etiam non extantibus ſalua intelligitur parentibus legitima. (c) *Aeque vniuerſalis, ac particularis.*

(a) *d. Tit. verb.* Und ſoll mit Aufgaben von Eheleuten alſo gehalten werden. Hat der Mann vorhin ein Weib zur Ehe gehabt, und die **Kinder, die noch am Leben**, mit ihr gezeugt, ſo mag er ſeinem Weibe, wo in ſeinem Willen, **ein Drittheil** und nicht mehr in die zwey Theile ſeiner Güter aufgeben; **Hat er aber** vorhin **nicht Kinder** und gewinnet mit derſelben andern, dritten und vierdten Frauen auch nicht Kinder, ſo mag er, dieweil er guter Vernunfft iſt, mit Bewuſt des Raths und unvergeſſen des gemeinen Nutzens **alle ſeine Güter** dem Weibe, oder wem er will, zueignen. Dergleichen die Frau, wo ſie vorhin einen Mann zur Ehe gehabt, und Kinder, die noch am Leben, mit ihm gezeuget, mag ihrem andern, dritten oder vierdten Manne **zwey Theile und nicht mehr** aufgeben. **Hat ſie aber nicht Kinder**, ſo mag ſie ihr Guth, dieweil ſie guter Vernunfft iſt, mit Bewuſt des Raths, und unvergeſſen des gemeinen Nutzens ihrem Ehemanne, oder wohin ſie Gnüge hat, wenden.

(b) conf. *Art. 31. Lib. I. Iur. Sax. Prou. et C. El. 12. Part. II.*

(c) per iura notiſſima.

§. V.

Hodie per vſum forenſem, quamuis inuitis laribus ſtatutariis, Iuri Romano accommadatur, et concipitur *Et quidem contrahitur hodie*

*per modum donationis vel mortis cauſa, vel inter viuos*

vt donatio vel mortis cauſa, vel inter viuos: nam etſi de *ſucceſſione coniugum* loquitur ſtatutum, tamen illud magis de *pactitia*, quam de *teſtamentaria*, ſecundum mores Germanorum interpretandum. (a) Modum concipiendi inter viuos ex formula Auffgabae Zittauienſis ſub A. in fine adiecta, facile diſtinguimus a donatione reciproca in caſum mortis. (b)

(a) conf. D. I. C. KIBEL. *Diſſ. Inaug. Erfford. d. Aufgaba Zittau.* vbi de perſonis, rebus et modis.

(b) v. *Form. in caſum mortis ap.* D. KIBEL. *in d. Diſſ.* §. 27.

## §. VI.

*Ex vſu moderno fit coram Senatu, et quomodo?*

*Hac lege* autem permiſſa ciuibus noſtris communio bonorum inter coniuges pactitia, vt conſtituatur et fiat coram Iudice et ſcabinis praeſcitu Senatus Zittau. (a) Ex vſu moderno ſaltem regulariter coram Ampl. Senatu, quem adeunt coniuges, mentemque ſuam vel in ſcriptis exhibent vel oretenus declarant, confirmationemque iudicialem petunt: atque vxor in hoc actu iudiciali curatore opus habet, quamuis alias absque curatoris conſenſu foeminae donare poſſint mortis cauſa, (b) et ſtatutum authentice id non requirat; his rebus ſtantibus Magiſtratus facit, vt pactum in ſcriptis oblatum, vel etiam oretenus factum, iterum in loco Iudicii partibus praeſentibus (ſolum enim curatorem absque femina praeſente non ſufficere verius eſt) praelegatur, recognitionemque manuum et ſigillorum, ſi quae addita, vrget, idque tum probationis tum declarationis gratia: (c) demum ſi in eo pacto nihil contra bonos mores, illud autoritate ſua ratihabet, *actisque publicis* inſerit, et bona hinc inde in communionem per inueſtituram iudicialem, Saxonibus vſitatam, tradit. (d) Nemo enim ſine abdicatione et recognitione iudiciali dominium rerum allo-

allodial. immobilium de Iure Sax. plene acquirere poteſt. (e)

(a) verb. STAT. vor Richter und Schöppen mit Bewuſt des Raths.

(b) Cz. *P. II. C. 15. d. o.* BERLICH. *P. II. Concl.* 17. *n.* 78. D. KIBEL *d. l.* §. 14.

(c) v. Dn. BOEHMER. *in Diſſ. de Contr. non praelecto. c.* 1. §. 9. *et* 14.

(d) vid. Gloſſa Latina *ad L.* 1. L. R. *art.* 9. *Lit. a. et ad Art.* 34. *d. lib. lit. a.*

(e) COLER. *p.* 1. *dec.* 16. *n.* 20. CARPZ. *p.* 1. *c.* 28. *def.* 21. *n.* 4. *et p.* 2. *C.* 39. *d.* 35.

§. VII.

*Per inueſtituram transfertur dominium ad effectum communionis et ſucceſſionis.*

Effectus huius pacti exſerit ſe tum *conſtante* matrimonio, tum eo *ſoluto*: bona enim coniugum, quae antea habebant *pro diuiſo* in gezweyten Gut, nunc pro *indiuiſo* h. e. in communione poſſident, et alter altero mortuo in ea ſuccedit: (a) per inueſtituram nimirum Magiſtratus in bonis eorum inuicem plenum dominium confert, eaque ceſſio et reſignatio dominii iudicialis eſt modus illud transferendi, quae igitur vt inſequatur neceſſe eſt, quia praecedens cauſa ſc. Aufgabae Zittau. non transfertur, ſed iſta Aufgaba ſaltem titulus eſt de Iure Ciuili ad transferendum dominium, non vero modus transferendi. Quicquid enim de Iure Ciuili Romano eſt inductio in fundum et traditio ſymbolica: illud eſt de Iure Sax. iudicialis reſignatio, noſtraque Inueſtitura. (b) Interim *ſtatuto non* debet originem, ſed *Vſui Forenſi*, (c) quia *perpetuo* omnia communicantur.

(a) Statut. d. l. ſo ſoll ſolches, wie verſchrieben gehalten werden.

(b) conf. D. KOESELII *Diſſ. de Traditionis circa dominii acquiſitionem effectibus.* §. 3. *et* 15.

(c) conf. *l.* 1. *inf. et l.* 2. *ff. pro Socio.*

§. VIII.

*Qui effectus tollitur, ſuperuenientibus liberis*

Quodſi, perfecta et conſummata *Aufgaba Zittauienſi*, liberi demum naſcantur ex coniugio, ea hoc caſu



irrita

irrita fit, ſi vel maxime iuri, reuocandi eam, fuerit renunciatum, quia legaliter h. e. pro re ſubſtrata, prout valere poſſit et exitum habere ſecundum ſtatuta, quae fauorem liberorum reſpiciunt, illisque ſpem ſuccedendi imminuere noluerunt, interpretatio fit. Plerumque in Formulis Aufgabae additur clauſula ſalutaris ſ. reſeruatiua. (a)

(a) v. Form. ſub lit. A. obſtat *l. 8. C. de reuoc. donat.* conf. D. H. BROKES *de renunciatione in foro inutili §. 5.*

## §. IX.

*Differentia Iuris Stat. et Iur. Communis, Rom. et Canon.*

Diuerſis igitur nos viuere moribus ex dictis videre eſt: nam vt breuiſſimis me exponam, MORIBVS ROM. donationes *ſimplices* erant inualidae (a) inter romanos coniuges ex ratione maxime matrimonii, affectuum prauorum et metu diuortii, quamuis laxatum aliquid fuit ex antiqui iuris rigore per vſum forenſem, nouis connubiorum formis et aequitati applicatum (b) *reciprocae* autem valide quidem iudicabantur, ſed tantum, quatenus *aequales* ſunt, (c) quod tamen Iure Patrio et ſtatut. ex plena donandi libertate non deſideratur. Conſpirat Ius Can. cum Romano, niſi quod per iuramentum irreuocabiles fuerint donationes. (d)

(a) VLPIAN. *in l. 1. de donat. inter vir. et vx. l. 3. pr. d. t.*
(b) *l. 5. §. 8. §. 13. l. 9. et 10. eod. l. 31. §. 8. eod. l. 32. pr. §. 1. et 2. et 9. eod.*
(c) *l. 7. §. 2. de don. inter vir. et vx.*
(d) *c. 8. X. de donat. int. vir. et vx.*

## §. X.

*Differentia Iur. Germ. et Sax.*

Moribus Germanorum donationes fieri potuiſſe inter coniuges tum *ſimplices*, tum *reciprocas*, non amplius dubitatur. (a) *Diuerſis* tamen viuebant moribus. Vnde hic ad Ius Germ. non tam *Vniuerſale* quam potius *Particulare* reſpiciendum. Iure Sax. et Sueu. quidem bona coniugum pro indiuiſo (b) habebantur in gene-

genere, id quod tamen magis ad vſum, quam ad proprietatem reſtringendum, alias enim non opus fuiſſet donationibus inter eos, quae Iure Lubec. et Würtenb. (vtrumque a Speculo Saxonum et Sueu. extractum) (c) nullis extantibus liberis, licebant; (d) inſuper diſtinguebatur et adhuc diſtinguitur quoad bona *immobilia*, inter *acquiſita*, quae a praeſente coniuge nouiter titulo ſingulari acquiſita erant, et inter *hereditaria*, quae per viam ſucceſſionis ſ. titulo vniuerſali deriuatiuo obuenerant alicui; illa enim pleno iure dari poterant in communionem, haec vero duntaxat quoad commoda et emolumenta conſtante matrimonio, adeo vt ne quidem vxori integrum, ea marito ſine conſenſu heredum donare. (e) quae autem *qualitas bonorum apud Zittau. non obſeruatur*, neque res vtenſiles et expeditoriae apud nos obtinent. (f)

(a) vid. Ill. Dn. de LVDEWIG *diſſ. de Succeſſ. Coniug. diſſ. 2. lit. ll.* it. *diſſ. de dote et donat. propt. nupt. diſſ. 7. in not.* B. GVNDLING. *in Libro Sing. de emptione vxorum dote et Morgengaba ex Iure Germ.* Excell. Dn. BOEHMER. *de ſtatu donat. inter Vir. et Vx. antiquo et hod.*

(b) IVR. SAX PROV. *l. 1. a. 31.* Mann und Weib haben nicht gezweyet Gut zu ihrem Leibe. SPEC. SVEV. *c. 271. j.* ed. Dn. BERGERI *p. 56.* Mann und Weib mögen nicht haben kein gezweites Guth.

(c) LEIBNIC. *d. l.* v. Dn. D. C. NETTELBLADT *diſſ. d. fontibus Iur. Lub.*

(d) vid. Dn. BOEHMER. *in Vſ. Mod. Strykiano ad tit. de donat. inter Vir. et Vx. §. 3. ſq.* Dn. LVDEWIG. *de different. iuris in SCto Vellei. p. 61. ſq.*

(e) Lib. Prou. Sax. *L. I. art. 31.* Darum mag kein Weib ihrem Mann eine Gab geben an ihren eigen (i. e. bonis hered.) oder an ihrer fahrenden Haabe (Gerada) daß ſie es ihren rechten Erbe nicht entwende. conf. SCHILTER. *Ex. 36. §. 101.* add. STATVT. ZITT. Tit. von Teſtam.

(f) STAT. ZITT. Tit. von Erbfäll. verb. ſo ſoll niemand kein Heergewette ꝛc. hinc formula frequens: was beyde mit einander ererben und erwerben ꝛc.

§. XI.

*Comm. pact. habet ſua ſingularia et communia quoad effectus cum Legitima.*

Tantum de Communione pactitia coniugali Zittau. effectus, quos cum Legitima habet communes, infra ſequuntur: habent enim, quae vtrique communia ſunt iura et obligationes.

§. XII.

*Differentia inter pactitiam et legitimam.*

*Legitima immediate* ex Lege ſiue ſcripta ſ. non ſcripta deſcendit, ſicut *pactitia mediate*, ſc. interueniente facto coniugum, ſiue pacto. *Vſus* huius *differentiae* in eo potiſſimum conſiſtit, vt in pactitia conſenſus *expreſſus* ſeu tractatus *praecedens* praeſupponatur: in illa vero ſufficiat conſenſus *tacitus*, quia *ex facto* quodam exiſtente lex communionem *ipſo iure* inducit. (a)

(a) vid. HERT. *diſp. de ſociet. facto conſtit. S. 1. §. 3. ſq.*

§. XIII.

*Legitima explicite in Codice ſcripto ſtatut. Zittau. non eſt diſpoſita.*

Sunt, qui legitimam ex Codice Statut. Zittau. (a) probare allaborant, ſed fruſtra. Interim non negandum veſtigia huius communionis ſtatutariae in illo inueniri, quae adminiculantia ſunt in probatione, et infra deducuntur: praeſertim cum ſtatutorum conditores loco *principii* ponunt, *hactenus ita iuris fuiſſe*, ex eoque principiatum, quod *nulla qualitas bonorum* in ſucceſſione obſeruetur, concludunt, indicantes ſatis, quod ſoluto matrimonio ſuperſtes partem de bonis vniuerſis ferat, non tam iure ſucceſſionis, quam ſocietatis atque communionis. Itaque verba ſtatuti non *hiſtoriae*, ſed *rationis* gratia, non ad *illuſtrandum* ſed ad *definiendum* adducta fuerunt, quae etſi non ſint *diſpoſitiua*, ſed ſaltem *relatiua*, vtpote rubro: von Erbfällen: non reſpondeant, per conſequentiam tamen omnino curari debent,

bent, quia vera diſpoſitio, de non vſitata bonorum diuerſitate, ſe habet inſtar principiati ad ſuum principium, tanquam effectus ad ſuam cauſam.

(a) Rubr. **von Erbfällen** §. Und dieweil wir denn in dieſer Königlichen Stadt **zu ſolchen Recht** ſitzen, daß der Mann, der ſich mit ſeinem Weibe vererbet, in den **Gütern, ſo ſie mit einander überkommen**, zwey, und das Weib ihren dritten Theil erbe: ſo ſoll niemand kein Heergewette ꝛc.

## §. XIV.

Ad exiſtentiam igitur noſtrae Communionis bonorum inter Coniuges, quae ipſo iure h. e. immediate abſque inueniente coniugum *Aufgaba*, normam agendorum et omittendorum tribuit, demonſtrandam, ad ius ſtatutarium non ſcriptum vt recurramus, neceſſe eſt. *quoties* enim *obſeruamus tam extra forum quam in foro*, *actus conformes*, qui maximi momenti, et ius obligationemue inter ciues producunt, ad quae tamen neque Iure communi neque ſtatuto ſcripto, neque pacto alias tenentur: toties concludimus, eos eſſe moris et obſeruantiae localis. *Sed moribus debetur et obſeruantiae.*

## §. XV.

Cum autem conſuetudo ſit *facti*, adeoque a poſteriori probanda: actus omnino in medium producendi, vnde differentia morum Zittau. et Iuris Communis cognoſcatur: obſeruandumque vbi et quando recedat, quia criterium in ea ratione longe alia quaerendum, et demum ab effectu ad cauſam, et a pluribus particularibus, in vno tamen modo conuenientibus, ad vniuerſalem poſitionem ad eum modum reſtrictam deueniendum. *Vnde non detur eius demonſtratio a priori ſed tantum a poſteriori.*

## §. XVI.

*Maritus Zittauienſis fit dominus in bonis vxoris, edita prole.*

Notiſſimum eſt, quod *Iure Ciu. aeque ac Sax. maritus pro non domino* habetur in bonis vxoris. Nam dominium *ciuile* quod *Ius Rom.* in bona dotalia, et quidem in *re non fungibili* tribuit, reuera vix differt ab vſufructu, niſi quod maritus rem dotalem penes tertium exiſtentem vindicare queat. (a) et licet, *ſi in quantitate*, plenum dominium veniat ad maritum, tamen ſoluto matrimonio aut eandem, aut ſimilem rem reſtituere tenetur. (b) *Iure Sax.* autem maritus ſolam bonorum vxoris poſſeſſionem naturalem propter *ius vſusfructus* et *adminiſtrationis* maritale conſequitur. (c) Zittauiae maritus *exiſtente prole*, (**der Mann, der ſich mit ſeinem Weibe vererbet**) non ſolum *durante matrimonio* effectus ciuiles quoad emolumenta *ordinaria*, in quibus dominium ciuile romanorum in re non fungibili poſitum, conſequitur, vti et vſumfructum et adminiſtrationem: ſed ipſo iure, conditione hac exiſtente, *proprietas* tranſit in communionem, nec ipſa manet vlterius penes ſolam vxorem, ita vt alius bonorum nexus ſuboriatur, illaque pro indiuiſo habeantur, coniugumque iura caeteris paribus fiant aequalia. Vnde *quicunque actus a ſolo domino rei alicuius exerceri poſſunt, illi a marito poſt editam prolem ſuſcipi poſſunt in bonis vxoris vsque ad fraudem*, h. e. *modo in rem familiarem directi:* Conſequitur enim maritus per procreationem ſobolis condominium, vi cuius *alienat*, vel *in totum* ſc. vendendo, permutando &c. vel *in tantum*, oppignorando &c. v. tn. infra.

(a) *l. 75. ff. de iure dot. l. 7. §. 12. ff. ſolut. matrim. l. 9. C. de R. V.* add STRVV. *S. I. C. ex II. th. 5.*

(b) *l. 42. ff. de iure dot.*

(c) **LR.** *L. I. art. 31. & 45. Cz. P. 3. C. 20. d. 3.*

§. XVII.

## §. XVII.

Iure Ciu. et Sax. diſtinguuntur bona vxoris in dotalia, paraphernalia et receptitia. (a) Moribus Zittauienſibus in bonis coniugum, edita prole, nulla amplius qualitas diuerſa, ſed omnia ſunt communia. *Neque amplius qualitas bonorum coniugis reſpicitur, ſi proles edita.*

(a) conf. Dn. GAERTNER. *diſſ. de diſtinctione inter dotem et parapherna Foris Germ. non accommodanda §. 3.* add. B. GVNDLING. *in d. libr. ſing. de emptione vxorum dote et Morgengab.*

## §. XVIII.

Iure *Ciu. et Sax.* nec vxor pro marito, nec maritus pro vxore debita exſoluere tenetur: (a) Moribus *Zittau.* vxor, editis liberis, tenetur ſoluere pro marito de bonis antea propriis, ita vt *ſuborto concurſu* Creditorum bona ſua ſiue dotalia ſiue illata repetere nequeat: quae conſuetudo localis per RESCRIPTA REGIA, maxime in fauorem commerciorum et piarum cauſarum, nuperrime confirmata, et in omnium notitiam publicata eſt. (b) *Vxor Zittau ſoluere tenetur pro marito, nec in concurſu Creditorum bona illata repetit.*

(a) *t. t. C. ne vxor pro marit.* Cz. *P. I. c. 18. d. 183. et Dec. P. I. dec. 60.*
(b) v. Decretum Magiſtr. Zittau. ſub Lit. B. in f.

## §. XIX.

Iur. *Ciu. et Sax.* licet tum marito, tum vxori de bonis ſuis teſtari: Moribus *Zittau.* editis liberis quamuis iam denatis, indiſtincte et immodice in praeiudicium alterius coniugis teſtari coniugibus non licet, vnde plerumque teſtamentum *reciprocum* fit, vel tamen conſenſus coniugis (a) adhibetur, ſi *vnus coniugum* teſtamentum condit, ratio eſt, quia ex procreatione ſobolis alter coniux in alterius bona habet ius quaeſitum ex ſocietate et communione, quae etiam poſt mortem hic effectus ſuos exſerit, cum alias maritus, ſi Auffgaba vel procrea- *Coniuges Zitt. poſt editam et iterum denatam prolem non niſi alterius conſenſu teſtantur.*

tio ſobolis non praeceſſerit, nihil ex bonis vxoris poſt huius mortem ſuperſtes conſequitur, (b) neque enim apud nos eſt heres mobiliaris, vti Iure Sax.

(a) vti in Teſtam. G. I. d. d. Zit. d. 10. Iun. 1728. condito obſeruatum, vbi vxor A. R. I. cum Curatore Actui oblationis teſtamenti ſimul interfuit, et portioni ſtatutariae in tantum renunciauit, ſeque condita legiſſe, iisque annuere confeſſa fuit. conf. Magn. Dn. LEYSERI *diſp. de marito hered. vx. in fraud. cred. repudiante* §. 5. vbi ſuppeditatur definitio portionis ſtatutariae, et concluditur, quod per teſtamentum alteri per alterum nequit auferri. add. MEV. *ad Ius Lubec. P. II. T. 2. art. 12.*

(b) v. STAT. *tit.* von Erbfällen. §. 1. *ſq.* conf. B. D. de LYNCKER *de acqueſtu coniug.* §. 72.

## §. XX.

*Mater Zitt. gaudet regulariter vſufructu ſtatutario.*

Iure *Ciu. et Sax.* mater non habet vſumfructum in in bonis liberorum: Moribus Zittau. vſusfructus ſtatutarius maternus *ſub certa lege* relinquitur, (a) et male adimitur, quia ipſo iure debet, durat enim etiam poſt mortem unius coniugis ex prouiſione ſtatuti, quamdiu alter adhuc bona pro indiuiſo poſſidet. *cf. tn.* §. *25. inf.*

(a) vid. STAT. *Tit. II.* von Vormündern: ad d. *Tit. I.* conf. HARPRECHT. *de Vſufr. Statut. materno. p. 17.*

## §. XXI.

*Inde concluditur de exiſtentia ſtatutariae ſ. legitimae Communionis bonorum inter coniuges citra pactum, ſola exiſtente prole,*

Multo plures dantur caſus, qui ex hoc principio Communionis bonorum inter coniuges, mediante procreatione ſobolis ortae, deducendi ſunt, ſufficiant tamen allegati, ex quibus ſatis patet, longe alium eſſe *ſtatum bonorum coniugalium patrium*, quam Iure Communi. Vnde quia *continuus vſus* actiones vniformes Burgenſium efficere haud potuiſſet, niſi conſuetudo perpetua et obſeruantia tenaciter inueterata vim legis habuiſſet, vtpote libertas ſingulorum omni iuri et obligationi opponitur, ita concludo: Si, *ſola exiſtente prole*, coniuges effectus

effectus communionis bonorum aeque lucratiuos ac oneroſos conſequuntur, actionesque ſingulorum tamdiu vniformiter his iuris effectibus conformatae fuerunt, et difformitas actuum e contrario hiſtoriae et rationibus ſtatutorum non eſt conueniens: ſequitur quod tacente iure communi et ſcripto, pacto deficiente, noſtra communio bonorum inter coniuges ex obſeruantia et iure non ſcripto ſit probanda, et ad *hanc legem, ſi exiſtant liberi*, reſtringenda.

§. XXII.

Exiſtit itaque legitima communio, quando *liberi ex iuſtis nuptiis viui nati ſunt*: verbum enim **ſich vererben**: non accipitur in generali ſignificatu, ſed in ſenſu ſpeciali et ſtatutis proprio, ita vt idem ſignificet ac: **Kinder mit einander gewinnen**: ſic vſus loquendi apud nos: **Er lebt unvererbt: er hat ſich mit ſeinem Weibe vererbt**: h. e. **Kinder mit ihr erzielet.** quae verba quidem intuitu ſignificatus communis et iuris peregrini impropria videntur, *mori ciuitatis loquendi* autem ſunt *conformia*, ſuoque ſenſu *propria*, adeoque potius *praeſumenda* quam illa, quae declinant a ratione loquendi ſtatutaria.

*De ſignificatu verbi:* vererben: *ſ. exiſtente prole.*

§. XXIII.

Sufficit ad eam conſtituendam communionem, quando liberi nati ſunt *viui*, licet iterum denati. *Vitalitas* autem cognoſcitur iuxta ſtatuta ſcripta: **So bald ſie das Kind lebendig gebühret, daß es getaufft, oder genothtaufft, oder die 4. Wände beſchrien** &c: non tamen excluduntur alii modi ad probationem vitalitatis idonei.

*Vitalitas vnde cognoſcitur*

## §. XXIV.

*Quid ſi mox aut durante adhuc coniugio denati, et an legitima parentibus tunc debeatur.*

Nihil impedit effectum communionis, ſi *durante coniugio* iterum mortui ſint liberi; et coniuges hoc in caſu ſibi inuicem in *vniuerſa* bona ſuccedunt, excluſis omnibus ex linea *collaterali*, ſalua tamen parentibus *legitima*, quicquid alii ſentiant, etenim ſtatuta caeteris paribus intelliguntur, et quae ſunt Iuris Communis *abſoluti*, Iure ſtatutario *hypothetico* non mutantur. De *modo* autem *computandi legitimam* nondum conuenimus: alii conferenda putant vniuerſa bona communia, **ſo ſie mit einander überkommen**, alii *bona defuncti coniugis* ſeparanda, indeque parentibus partem legitimam ſaltem deberi, in quam ſententiam reſp. mihi Fac. Iur. Vitenb. M. Dec. 1727. **daß die Wittib der ihr zugefallenen Erbſchafft ungeachtet, ihres verſtorbnen Ehemanns Eltern ihre** legitimam **vermöge eydl.** ſpecification, **jedoch weiter nicht, als was des Ehemanns Verlaſſenſchafft anbetrifft, abfolgen zu laſſen ſchuldig.** *conf. tn. inf.* §. 27.

## §. XXV.

*An conſuetudo de conſolidatione bonorum ad effectus alios non notorios poſſit extendi?*

Sicuti vero communio bonorum inter coniuges eſt ens morale, quod deficiente lege ſcripta ex ſolis iurium et obligationum effectibus a poſteriori cognoſci datur: effectus autem alii ſunt *frequentiſſimi* adeoque notorii, alii *rariores:* ita non ſolum variat *modus probandi*, quia ea, quae ſunt notoria, nulla probatione indigent, quamuis notorietas probanda, ſed etiam *certa principia* d. communione bonorum inter coniuges nobis ſunt formanda, ita vt licet deficiant caſus anteriores, tamen concluſiones ad cauſas praeſentes vel futuras, moribus propriis conuenientes poſſint extendi, quo ipſo *interpretatiua* potius, quam *noua* conſuetudo in quaeſtionem venit. Omnis enim conſuetudo praeſumitur niti fundamento

mento iuris patrii, et omnis receptio Iuris communis eſt ſubſidiaria: adeoque in colluſione non ſolum ſtatuta etiam non ſcripta illa praeferenda ſunt, ſed et rationi conſentaneum, vt vbi eadem ratio ibi eadem interpretatio et applicatio, quoties nimirum reliqua cauſae et rationi inductae conſuetudinis exacte reſpondeant. Producitur autem effectus ad exemplum vel per conſequentias, vel a ſimili ad alia. Vti igitur per iura in ſubſidium recepta in aliis cauſis laedi nefas eſt, ita nec rationes et indoles laedi debent iuris patrii conſuetudinarii circa ſtatum communionis bonorum inter coniuges Zittauienſes. (a) Effectus tn. poſſunt *tolli lege et conſuetudine noua contraria.*

(a) conf. CZ. *Ipr. For. p. 2. c. 44. d. 12. n. 2. et 3. C. 51. d. 2. n. 4.* RICHTER *p. 2. d. 83. n. 148.*

## §. XXVI.

*Exemplum an ſuperſtes poſſit vxor repudiare portionem ſtatutariam?*

Ponamus caſum, qui me ante nonnullos annos in conſilium vocauit: Titius et Seia viuebant exiſtente prole in communione bonorum, ad maximam partem a Seia profectorum, mortuo marito vxor nolebat teneri de collatione bonorum cum liberis ex iſtis nuptiis natis et adhuc ſuperſtitibus, ſed animum induxerat repetere ſua illata. Quaerebatur: *An ſuperſtes coniux, neglecta portione ſtatutaria, repetere poſſit illata?* Quod ſi mores antiquos conferamus, vix caſus obuenerit, vbi quaeſtio *huius optionis* ventilata, aut deciſa fuit, quia ſimpliciter ſecundum Ius ſtatutar. von Erbfällen ſucceſſerunt. Ratio autem dubitandi erat, quod ſtatutum ſaltem *hypothecice* d. ſucceſſione coniugum legitima diſponat, ita, vt bona vtriusque, ſi ſuperſtes vxor in portione ſtatutaria ſuccedere optet, ſint conferenda; non autem ſtatutum *abſolute* prohibuiſſet, quod vxor ſuperſtes non poſſit repudiare portionem ſtatutariam, quia haec in odium ſuper-

perſtitis vix introducta, atque Iure communi abſtinendi beneficium cuicunque heredi indultum. Fateor, ſi iura patria et communia commiſceamus, deciſio erit incerta et dubia. (a) Si vero *rationes Iuris patrii et mores inueteratos cum extraneis inſtitutis non confundimus*, verius eſt, quod tum moribus tum ex ratione communionis bonorum vxori non competat optio, ſi v. c. maritus obaeratus, aut ex alia cauſa portionem ſtatut. vidua ſibi haud fauorabilem videat, quia liberi et creditores in bonis communibus habent ius quaeſitum. Valet etiam eiusmodi conſuetudo localis, et in quibusdam oppidis Miſniae ad Albim poſitis Reſcripto Elect. confirmata legitur. Interim viduae *praecipua bona litis euitandae gratia* relinquebantur.

(a) conf. Dn. STREIT. Diſſ. an vidua poſſit portionem ſtatutariam repudiare.

## §. XXVII.

*An maritus hereditatem vxoris in fraudem creditorum poſſit repudiare?*

Dubia non minus quaeſtio eſt: *An maritus in praeiudicium creditorum repudiare poſſit hereditatem vxoris?* Qui enim ſupponunt *Ius Commune*, et quod eo facto maritus nihil diminuit proprium ſuum patrimonium ſed tantum id, forte *in fauorem liberorum*, agit, ne cum horum damno ex bonis vxoris et maternis fiat locupletior, concedunt repudiationem marito, modo id tempeſtiue ſc. ante actus hereditarios exercitatos fiat. (a) Sed *moribus et ſtatutis Zittau.* ſucceſſio mariti in bona vxoris non pro lucro demum *acquirendo* habenda eſt, ſed pro lucro iam a tempore exiſtentis prolis, ſ. communionis ſtatutariae vniuerſalis *acquiſito*. Creditores itaque in bonis debitoris poſt concurſum eo vsque iure quaeſito gaudent, vt in praeiudicium eorum iuri quaeſito in bonis vxoris renunciare cum effectu maritus debitor non poſſit: imo in fraudem creditorum vtique faceret

ceret, qui lucrum obueniens hanc ob cauſam e. g. in pactis coniugalibus ante exiſtentem prolem repudiat, vt creditores defraudentur, aliisque emolumentum inde accreſcat. (b)

(a) BERG. *Oec. Iur. L. II. T. 2. th. 34. n. 21. ibique praej.* CZ. *P. II. Dec. 161.* BRVNNEM. *in Comm. Digeſt. ad L. 16. d. bon. libertor. Ita iud. F. I. Lipſ. M. Dec. 1724. in caſu*: Ob des Schuldners Eheweibs Teſtament, ſo weit daſſelbe der jenem gebührenden ſtatutariſchen Portion zuwider, indem beſagter Schuldner nach ſeines Eheweibes Ableben in einem Schreiben bemeldtes Teſtament, worinnen ihm die ſtatutariſche Portion, als einem lucro actu nondum acquiſito ſich begeben, vor beſtändig zu achten?

(b) *Ita reſp. Scab. Lipſ. ad Praet. Chemnic. M. Dec. 1723.* Daß des Schuldners Eheweibes A. N. Teſtament, ſo weit daſſelbe der jenem gebührenden ſtatutariſchen Portion zuwider, weiln ſelbige durch den letzten Willen dem Ehemann nicht entzogen, von dieſem auch das auf ihn durch jener Tod gediehene Recht, denen Creditoren zum Nachtheil, nicht reſigniret werden können, vor beſtändig nicht zu achten: quae ſententia in *Summo Appell. Iud. Dresdenſi* confirmata. d. 20. Febr. 1724. legitur in laudata Dn. LEYSERI *diſſ. d. marito her. vx. in fraud. cred. repudiante. §. penult. add. §. 14.*

## §. XXVIII.

*An maritus proprio nomine poſſit agere contra debitorem vxoris, et inſtante concurſu arreſtum validum imponere?*

Diximus communionem bonorum inter Coniuges Zittau. tum pactitiam, tum legitimam regulariter eſſe *vniuerſalem*: adeoque *Iure Communi* res *corporales* ſiue mobiles, ſiue immobiles, a tempore contractae, vel exiſtentis communionis *ipſo iure* collatae atque communicatae cenſentur, absque vlla traditione, (a) ſecus ac in *particulari*, vbi ad conſummationem actuali traditione opus ſit, antequam communes fiant: (b) de rebus incorporalibus autem ſtatuit Ius Ciu. *actiones eſſe cedendas.* (c) Quaeritur igitur: an maritus Zittauienſis, ſuppoſita exiſtente communione bonorum, *proprio nomine*, ceſſione actionis non antecedente, agere poſſit contra debitorem vxoris? Affirmatiua ex moribus euincitur, quod ceſſione minus opus ſit, ſed tantum habili-

tatem ad cauſam e. g. ex Inſtrumento Auffgabae et factae traditionis Iudicialis ſymbolicae probare teneatur. Sic in concurſu creditorum I. H. G. cum duo creditores arreſtum impetrauerant nomine proprio, debitum autem ex bonis vxoris oriundum, mihique eius proſecutionem mandarent, obiiciebatur exceptio non validi arreſti, quia ſine mandato vxoris, et neglecta ſubſidiaria cautione rati impoſuerant, quibus replicabam, quod alter per Affgabam Zittau. factamque traditionem omnium bonorum, alter per communionem prole exiſtente ſe ſufficienter legitimaſſet: vti reſp. F. I. Lipſ. M. April. 1728. (d)

(a) *l. 1. in f. et l. 2. ff. pro Soc.* (b) *l. 58. §. 1. ff. h.* conf. LAVTERB. *in Coll. Th. Pr. ad ff. h. t.* §. 14. 15. (c) *l. 3. ff. h.* conf. VMM. *d. Proc. Iudic diſp. 9.* GAIL. *l. 1. O. 133. n. 1. &c.* WIBEL. *d. contr. mulier. c. 3. §. 8. n. 72.* Dn. BRVNN. *ad l. 21. C. de Procur.*

(d) v. *Reſponſ. in Append. h. diſſ. ſub lit. C.* add. B. LVDOVICI *diſſ. d. Legitimat. ad cauſ. §. 26. et §. 50.*

## §. XXIX.

*An maritus ad litem nom. vxoris mouendam ſine curatorio aut cautione de rato admittatur?*

Secus tamen, ſi maritus *non proprio nomine* ſed *nomine vxoris* litem moueat, tunc enim ſine curatorio in caſibus praeiudicialibus, et ſine cautione de rato in non praeiudicialibus haud admittitur, id quod non ſolum moribus Saxonicis (a) ſed et Zittauienſibus (b) conuenit.

(a) CZ. *p. 1. c. 1. def. 31.* B. STRYK. *diſſ. d. Iure mariti in bon. vx. c. 3. §. 11.* B. LAVTERBACH. *diſp. de Caut. rati.*

(b) *ita reſp. F. I. Viteb. m. Ian. 1731.* Daß C. Z. zuförderſt wegen ſeines Eheweibes vermittelſt eines Curatorii ſich zu legitimiren ſchuldig. Rat. dec. weiln in Zittau die Churf. S. Pr. Ordn. nach welcher ein Ehemann wegen ſeines Eheweibes ohne ſonderbares Curatorium nicht zuzulaſſen, unſtreitig obſeruiret.

## §. XXX.

*An vxor Zittau. teneatur cautionem pro reconuen-*

Vxor ſi proprio nomine agit, et propriis bonis immobilibus non eſt poſſeſſionata, tenetur cautionem pro reconuentione et expenſis praeſtare, id quod ex Ord. Proc. Sax. ſatis conſtat: quaeritur ergo: An etiam coniux Zittauien-

tauienſis cum marito immobilibus poſſeſſionato in communione bonorum viuens ad hanc cautionem praeſtandam teneatur? reſp. F. I. Vit. quod ſic (a) quae tamen opinio principiis et rationi iuris patrii non conuenit, quia bona coniugum ſunt communia, eoque ipſo ſuboritur aequalitas ratione proprietatis, et aequalis nexus bonorum communium, ita vt *ciuiliter pro indiuiduo* propter aequalia iura, quae commodam diuiſionem non recipiunt, habeantur.

*tione et expenſis teneatur, ſi maritus, ex quo liberos ſuſcepit, eſſe poſſeſſionatus?*

(a) *F. F. Vit. d. ſent.* ſo wohl dieſe cautionem pro reconuentione et expenſis zu beſtellen ſchuldig.

§. XXXI.

*Directorium bonorum communium inter coniuges manet penes maritum, vxori vero, ſi in fraudem ipſius agat, contradicere non prohibetur.*

Habet vterque coniux in rebus coniugalibus dominium, vnde bona dicuntur communia; eſt autem res communis rat. proprietatis alia *diuiſa*, ſeu diuidua, alia *indiuiſa* ſeu indiuidua, idque vel ex ſua natura, vel ex lege, quae *ciuiliter indiuidua* audit, vbi neuter certas partes reales. i. e. quantas habet, quae commode diuidi queant. Quotiescunque igitur res ad bona incorporalia ſpectat, iura inde competentia ex effectibus ſolis percipiuntur, toties habetur pro indiuidua: Vnde vxor non deſinit eſſe domina rerum ſuarum, neque maritus omnem dominii partem ſibi vindicare poteſt, licet directorium manet penes maritum vbicunque enim iura mariti illibata manent, ibi etiam conſeruantur illaeſa iura vxoris, (a) iuraque coniugum ita in dubio potius paria eſſe debent. Vnde in aliis locis, vti obtinet bonorum communio inter coniuges, *alienandi et oppignorandi ius quidem tribuitur marito*, accedente tamen vxoris conſenſu quod male apud nos negligitur. Quare *prouida* vxor Zittauienſis tantisper non expectare debet, donec omnia bona in fumum ad cinerem redacta ſint, ſed tempeſtiue ſibi ſuisque liberis, ſi qui extant, *mediis legitimis*, e. g. proteſtatione de venditione immobilium praeiudiciali, de fideiuſſione

periculoſiſſima &c. luſus perpetui inhibitione &c. proſpiciat.

(a) *Auth. aequalitas. C. d. pact. Conuent.*

§. XXXII.

*Finis diſſertationis.* Habes effectus praecipuos: neque enim de pluribus diſſerere tempus modusque diſputationis patitur. Elaboraui olim quidem *ſpecimen de communione bonorum inter coniuges Zittauienſes methodo analytica*, per definitiones, diuiſiones, axiomata, concluſiones et problemata, vbi ex fontibus caſus vel mediate vel immediate deducuntur: tamen variis de cauſis iſtud huic diſputationi non deſtinaui erat autem animus, vt Cap. III. conſtitueret. Nihil itaque reliquum, quam vt Diuino Numini gratias agam decentes, quod ſtudiis meis aeque ac praxi forenſi in hunc vsque diem clementer adſpirare voluerit.

Lit. A.

**Im Nahmen des Dreyeinigen GOttes,**

Nachdem dem allerhöchſten GOtt uns, zwey Eheleute benahmtlich N. N. und mich N. N. zeitwehrender unſerer Ehe, welche wir bereits einige Jahre geführet, mit einem Leibes-Erben zu erfreuen, nicht gefallen, mittelſt welcher Vererbung wir ſonſten hieſigen Statuten und Obſervanz nach, auf eines oder des andern ereigneten Todesfall in der Verlaſſenſchafft ſuccedirte, gleichwohl aber bey unſerer itzigen Nahrung höchſt nöthig ſeyn will, daß um derſelben beßrer Conſervirung **unſer Haab und Vermögen zuſammen geſetzt werde,** damit nebſt der Mühe, Fleiß und Arbeit noch einige Ergötzlichkeit zu genieſſen; So wollen wir aus wohlbedächtigen freyen Gemüthe und Willen auch mit zeitigen Rathe und guter Vorbetrachtung freywillig und ungezwungen, aus danckbaren Hertzen, für die einander erwieſene eheliche Treue, reciproce per donationem remuneratoriam, unſer itziges Haab und Vermögen, und was uns beyderſeits GOtt durch ſeinen reichen Seegen **künfftig** verleihen möchte, einander gantz und gar **verehren und übergeben:**

Und zwar übergebe, verſchreibe und ſchencke ich N. N. meiner Eheliebſten Frauen N. N. wiſſentlich mein **völliges** Haab und Vermögen, wie es mag beſchrieben oder genennet werden, ſamt allen demjeni-

jenigen, was ich künfftighin, durch Göttlichen Seegen **ererben oder erwerben**, und erlangen möchte, vermittelſt dieſes, wie es zu recht, und nach hieſigen Statuten und Obſervanz am beſtändigſten geſchehen ſoll, kan, oder mag, gantz und gar **eigenthümlich**, will mir aber Zeit meines Lebens die Frucht-Nieſſung, zu Latein Uſumfructum genannt, reſerviret haben, und daß meine **noch lebenden Eltern** N.N.N.N. wenn ſie meinen Tod erleben ſolten, der gebührende **Pflicht-Theil**, oder die Legitima aus meinen Vermögen ertheilet werden ſoll. Welche Schenckung und Ubergabe ich N. N. mit Autorität meines beſtätigten Curatoris, Herrn N. N. mit Danck **annehme**, und **dargegen** meinen obgeſagten Eheliebſten Herrn N. N. hiermit nach ausdrücklicher **Verzeihung** aller in Rechten denen Ehe-Weibern ausgeſetzten Wohlthaten, inſonderheit des Beneficii Reſtitutionis in integrum adverſus donationem, davon ich **ſattſam verſtändiget** worden, mein **gantzes und ſämtliches** Haab und Vermögen, es beſtehe **in auſſenſtehenden Schulden, führohin anfälligen Erbſchafft, weiblichen Schmuck und Mobilien** (deren Gebrauch aber ich mir, bis an mein letztes Ende, ausdrücklich bedienge) allenhalben nicht das geringſte davon ausgeſchloſſen, auf vorbeſchriebene Art und Weiſe, **hinwiederum erb und eigenthümlich** verehre, übergebe, verſchreibe, und abtrete, alſo, daß ſelbiger, darmit nach ſeinen Willen und Gefallen thun und laſſen mag, als mit ſeinen **frey eigenen** Guthe, und an dieſen allen ſoll keiner aus unſerer Freundſchafft, wer der auch ſeyn möchte, oder jemand anders uns hindern und irren, worbey aber meinen noch lebenden leiblichen Vater oder Mutter, N. wenn ſie meinen Tod erleben ſolten, das gebührende Pflicht-Theil, Legitima genannt, aus meiner beſtehenden Verlaſſenſchafft ausdrücklich überlaſſe und verordne: welche Gegenſchenckung ich N. N. ebenfalls völlig und danckbarlich acceptire. Anbey aber wir beyderſeits ermeldte Eheleute expreſſe fürbehalten, daferne der Allmächtige GOtt uns mit Kindern ſegnen ſolte, alsdann und auf ſolchen Fall dieſe unſere aufgerichtete und in Rechten beſtändige Donationes unſers Gefallens wieder aufzuheben, und zu ändern; zugleich auch denen hieſigen Statuten nach, Einem Hoch-Edel und Hochwohlw. Rathe zu **der Stadt gemeinen Nutzen** 00. Zittauiſches Marck hiermit zugleich verehret haben wollen; Und daferne dieſe unſere Societas bonorum vniuerſalis wegen einiger ermangelnder Solennitäten oder andern vorzuwendenden Defecten nicht genung Krafft und Wür-

Würckung haben möchte; So wollen wir doch, daß ſolche an ſtatt unſers letzten Willens Codicills, als eine rechtmäßige Ubergabe, Geſchencke und Gegengeſchencke unter denen lebendigen Donatio remuneratoria in beſtändigſter Form Rechtens Krafft und Macht haben, gelten und beſtehen ſoll. Uhrkundlich und zu mehrer Beglaubigung haben wir dieſe donationem omnium bonorum inter vivos eigenhändig unterſchrieben und beſiegelt, auch E. Hoch-Edl. Hochw. Rathe in ſchuldigſten Gehorſam zur Obrigkeitl. Ratification inſinuiret. So geſchehen, Zittau, den

(L.S.) N.N. (L.S.) N.N.
(L.S.) N.N. Curat.

## B.

Wir Burgermeiſter und Rathmanne der Stadt Zittau urkunden und bekennen hiermit: Demnach ſich einige Zeither geäuſert, wie die bereits **vor unfürdencklichen Jahren, nach Anleitung hieſiger Statuten, wohlhergebrachte Gewohnheit,** vermöge welcher eine Ehefrau, vor ihres Ehe-Mannes Schulden, **nach der durch Erzielung eines Kindes beſchehenen Vererbung** zu hafften, und ſelbige bey entſtehenden Concurſu mit bezahlen zu helffen verbunden, in Diſputat und Zweiffel gezogen werden wollen, ſo, daß auch dieſer erhobne Streit an Ihro Kön. Maj. in Pohlen und Churfl. Durchl. zu Sachſen ꝛc. unſern allergnädigſten Herrn, ꝛc. ſowohl anfänglich, in dem Andreas Schramiſchen, als auch hernach letztens in dem Johann Chriſtoph Beſſeriſchen, vor hieſigen Wohllöbl. Gerichts-Collegio entſtandenen Concurſe gediehen, und aber nach der Sachen gnugſamen Cognition auf die fernere Beybehaltung der obangeführten Gewohnheit, **ſowohl in dieſen beyden, als andern noch künfftig entſtehenden Credit-Weſen** an uns allerhöchſt reſcribiret worden, und zwar in dem Andreas Schrammiſchen Schuld-Weſen ſub Acto Dreßden den 24. Apr. des 1726. Jahres, als folget:

Uns iſt aus eurem untern 11. Jan. a. c. erſtatteten allerunterthänigſten Berichte geziemend vorgetragen worden, was ihr occaſione Andreas Schrammes Schuld-Weſens, wegen des bey euch eingeführten Statuti von Conſolidirung der Ehe-Leute Vermögens gehorſamſt vorgeſtellet. Nachdem Wir es nun hierunter bey

eurem

eurem Verfahren nochmahlen bewenden laſſen. Als iſt hierunter Unſer gnädigſtes Begehren, ihr wollet der hergebrachten Obſervanz ferner gebührend nachgehen, und die Intereſſenten deme gemäß beſcheiden.

Ingleichen in dem letztern Johann Chriſtoph Beſſeriſchen Concurſe ſub dato Dreßden, am nur verſtrichenen 22. Febr. des Inhalts:

Uns iſt aus eurem, wegen Joh. Chriſtoph Beſſers Credit-Weſens unterm 22. Nov. und 6. Dec. a. p. unterthänigſt erſtatteten Berichten und deſſen Inſeraten geziemend vorgetragen worden, welchergeſtalt des Debitoris Eheweib nach der bey euch hergebrachten Obſervanz vor ihres Ehemannes Schulden zu hafften ſich nicht verſtehen wollen, vielmehr ihre *Illata* zu *repeti*ren geſucht, ihr findet auch denen hierbey folgenden Actis beygeleget, was dieſelbe ſo wohl wider das von euch angezogene Statutum von Conſolidirung der Eheleute Vermögen, als auch ſonſten verſchiedentlich vorgeſtellet und gebethen. Nachdem Wir es aber aus denen von euch angezogenen und andern bewegenden Urſachen bey der auf obberührtes *Statutum* ſich gründenden *Obſervanz*, daß eine Ehe-Frau vor ihres Ehe-Mannes Schulden nach beſchehener Verebung zu hafften, und ſelbige bey entſtehenden Concurſu mit bezahlen zu helffen gehalten, nochmahlen bewenden laſſen, und dahero der von Annen Margarethen Beſſerin eingewandten Appellation ſtatt zu geben Bedencken tragen: Als begehren Wir hiemit gnädigſt, ihr wollet Appellantin deſſen beſcheiden, auch bey künfftigen dergleichen Fällen euch nach dieſer Unſerer gnädigſten Willens-Meynung gebührend achten.

Als iſt von Obrigkeits wegen und zu Vermeidung dergleichen weitern Contradiction der Nothdurfft befunden worden, ſothane allbereit in zweyen Landesherrl. Reſcriptis nach einander allergnädigſt confirmirte, und auf hieſige Stadt-Willkühr ſich gründende Local-Obſervanz, hierdurch öffentlich bekannt zu machen, auch männiglich zu derſelben allergehorſamſten Nachlebung zugleich ernſtlich anzuweiſen. Urkundlich unter Unſern und gemeiner Stadt wiſſentlich vorgedruckten Inſiegel. Actum Zittau, den 26. Martii Anno 1727.

C.

Obwohl angeführet wird, daß D. J. P. K. und J. F. N. in Lic. J. H. G. Credit-Weſen angelegte Arreſte, deswegen vor unbeſtändig und ungültig zu achten wären, indem ſie ſich bey

Anle-

Anlegung dererſelben weder zu der prætendirten Schuld-Foderung gebührend legitimiret, noch auch die Documenta bey der übergebenen Kummer-Klage in Originali, ſondern nur in copia produciret hätten, dahero daß dieſelbe propter exceptionem illegitimationis ad cauſam nicht beſtehen könten, es das Anſehen gewinnet; Dennoch aber und dieweil aus dem von dem Rathe zu Zittau ſub No. befindlichen confirmirten Erb-Vergleich ſich deutlich veroffenbahret, daß das K. und N. Ehe-Weib die einigen H. Erben ſind, und die G. obligationes, als woraus geklaget worden, durch Erbgangs-Recht auf ſie verfället worden, die Fr. D. K. aber per donationem inter vivos ihre ſämtlichen bona und auſſenſtehenden Schulden ihrem Ehemanne, beſage Documents Sub No. gerichtl. überlaſſen, und ſo viel N. betrifft, deſſen Weibes Einbringen vermöge der Zittauiſchen Statuten ſub No. und derer erfolgten hohen Königl. anderweitigen Confirmation ſub No. durch die mit ihr erzeugten Kindern mit ſeinen G. conſolidiret, auch der geſuchte Arreſt juxta Documentum ſub B von dem Judice, als welchen ſolches alles bewuſt geweſen, angenommen und verſtattet worden, auch allenfalls der opponirten exceptioni illegitimationis ad cauſam abzuhelffen, per ſententiam annoch auferleget werden können, welches iedoch die Kummer-Klage nicht ſofort verwerfflich machet, bevorab, da der Debitor Lic. G. beſage der Quittung ſub. C. fol. 10. *b* an D. K. und die dazumahl annoch unverheyrathete H. Tochter, als N. itziges Ehe-Weib, ſowohl etwas vom Capitale, als Zinßen, zu wiederholten mahlen bezahlet, und ſie dadurch pro creditoribus agnoſciret, und ihrem facto nunmehro C. 3. diſt. 4. C. 2. Cauſ. 8. qu. 2. nicht contraveniren können, welches auch von des Schuldners Erben fol. 17. *b* ebenfalls geſchehen, folglich die Legitimatio ad cauſam gnüglich ſich allhier am Tage leget, und auf dasjenige, was von der in Termino liquidandi nicht beſchehenen production derer Original-Documenten angeführet werden wollen, um deswillen kein Abſehen zu richten, indem ſolche in anderweitigen Termino liquidationis compromiſſo würcklich verrichtet, und von denen G. Erben darwider nichts erinnert worden:

So mögen die von D. K. und N. angelegte Arreſte vor unbeſtändig nicht gehalten, ſondern dieſelben in künfftigen Deſignation-Urthel vor denen nachfolgenden Arreſtanten in gehörige Claſſe wohl locirt werden.

Leipzig, Diss., 1731 A-L
X 241 7843

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-230645-p0035-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-230645-p0036-0

Tto: 443.

1731,18.

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

DE

# ZITTAVIENSI COMMVNIONE BONORVM INTER CONIVGES,

EIVSQVE

## PRAECIPVIS EFFECTIBVS IN FORO,

QVAM

EX DECRETO ET AVCTORITATE

MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

IN ACADEMIA LIPSIENSI

PRO OBTINENDIS

SVPREMIS IN IVRE HONORIBVS

*D. XIII. SEPT. A. MDCCXXXI.*

PVBLICAE DISQVISITIONI

SVBMITTIT

IO. GEORGIVS KNOBLAVCH,

ZITT. LVS. IBIQVE IVR. PRACT.

---

LIPSIAE

LITERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-230645-p0037-5